



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprtrice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput IV. Quid nomine congruæ sustentationis intelligi debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

mox Christo Judici sistendi ea at- culo salutis
 tentare audeant, quæ certum salu- suæ in gra-
 tis exitium allatura sunt. *Quid ob-* tiam amico-
 secro , *quid dabit homo commuta-* rum aut eõ-
tionis pro anima sua? Marc. 8. cap. sanguineo-
Vid. Less. l. 2. c. 19. d. 4. &c. rum dicto
 de, quòd consuetudo testandi ad modo dis-
 causam profanam sacris Canoni- ponant.
 bus , primæ beneficiorum institu-
 tioni ac fundatorum voluntati
 prorsus sit contraria , adeoque à
 summo Pontifice non approbata;
 sed tolerata, quia facile aboleri ne-
 quit. Interim iusta quandoque Potest Pon-
 causa intervenire potest, ob quam tificex ex ju-
 Pontifex valeat permittere , ut Be- sta causa
 neficiatus ad causam non piam permittere,
 testetur, v. g. ad remuneranda me- ut Benefi-
 rita, quæ vel Beneficiatus, vel ipsius ciatus teste-
 consanguinei in Ecclesiam contu- tur ad cau-
 lerunt, &c. *Vid. Laym. l. 4. tr. 2. c. 3.* sam non
 piam.

C A P U T IV.

*Quid nomine congrua sustentationis
intelligi debeat.*

Nomine congruæ sustentatio- Assignantur
 nis intelliguntur in primis pertinentia
 ea , quæ requiruntur ad ipsum Be- ad congruam
 neficiatum, ejusque familiam, con- sustentatio-
 gruen- nem,

dici
 ur ad
 m jus
 Ubi
 usam
 ntum
 contra
 cum
 us o-
 amen
 usus
 villo-
 t, sive
 er te-
 d Be-
 sic di-
 nferri
 itam,
 hære-
 am &
 acci-
 ri po-
 modi
 s erat
 testa-
 ransit
 testa-
 & is,
 sitio-
 admi-
 sticos
 s, ut
 mox

gruenter suo statui honestè alendam. Secundo, quæ spectant ad debitam hospitalitatem erga consanguineos, amicos, propinquos. Tertio quæ ad honestam, & statui competentem animi & corporis recreationem. Quarto quæ aut gratitudo exigit, aut statui congrua liberalitas permittit, ut sunt donationes pro acceptis ab aliis beneficiis, vel etiã interdum non remuneratoriæ, sed meræ liberales, non tamen prodigæ. Quæ omnia accipienda sunt cum proportione ad dignitatem personæ & officii: Item majora ipsius personæ merita in Ecclesiam, plus enim permittitur Episcopo, quàm Decano, plus huic, quàm simplici Canonico, &c. *Vid. Laym. l. c.*

CAPUT V.

Penes quos sit dominium bonorum immobilium Ecclesie.

Nemo in particulari est dominus bonorum immobilium Ecclesie, ut agrorum, villarum, &c. Item sacre suppellectilis, aut quorumcunque mobilium pretiosorum, quæ servando servari possunt, hoc est, quæ diu servata corrumpi non solent, ut sunt statuae aureæ, argenteæ,